Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36879
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Indicatum solvi cum suis clausulis universis sub suorum omnium obligatione et ypotheca bonorum actum et cetera. Instrumentum procuratoris ad petendum exigendum et recipiendum

Instrumentum procuratoris ad petendum exigendum et recipiendum

In nomine domini amen et cetera usque in presentia constitutus discretus vir magister Dyocesis in Regia curia procurator fecit con. et etiam ordinavit discretos viros presentem et consentientem ac et licet absentes tanquam presentes suos veros et legitimos procuratores actores fauctores negociorum gestores et nuncios specialiter et quemlibet eorum in solidum ita et cetera ad petendum exigendum et recipiendum nomine ipsius et pro ipso totum et quicquid ac omnia quod et que sibi a quocumque vel a quibuscumque tam in pecunia quam in alia rerum specie qualicumque debetur vel debentur seu debebitur aut debebuntur in futurum et specialiter a venerabili viro quasdam tam obligationum quam submissionum et monitionum litteras quas ut asseruit prefatus habet contra eum sibi quod redderet convenit in iam facta satisfactione tam de debitis expressis in dictis litteris quam pro ipsarum sumptibus litterarum nec non et de hiis que receperint quittandum litteras quittatorum dandum et faciendum finem refutationem et pactum de ulterius non petendo in super et pro premissis etiam et in negocio compromissi ab eisdem constitutis et emissi et alias quo supra nomine si prout et quociens opus fuerit coram quibuscumque iudicibus vel